



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

Consideratio diuina bonitatis. 2

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

<i>Tentationes deuotorum.</i>	15
<i>Reprobatio temporalis solatij.</i>	16
<i>Commendatio dulcedinis celestis, qua est in Christo.</i>	17
<i>De familiaritate cum Iesu.</i>	18
<i>Quod diuersimodè nunc adest Iesus dilectis suis.</i>	19
<i>De laude patientis aduersa cum Iesu &amp; scandala.</i>	20
<i>De solatio habendo cum Christo Iesu.</i>	21
<i>Vita Christi &amp; sanctorum extra mundum fuit.</i>	22
<i>De quiete cellicola à turbine seculi.</i>	23
<i>De inclusorio &amp; secreto cordis in omni loco.</i>	24

*1. Prefatio, in qua solitudo commendatur.*

**C**harissime, cū esses in occupationibus externis, & pro nomine Christi laborem subiisses fraternum, breui quadā admonitione ( sicut tunc poscebat rei utilitas ) te iuuare quasi spiritali manu volui, quoniam aliter non potui; vt dum illam aliquādo attenderes, rectius inter curas ambulares. Sed iam nunc cū solutus sis ab illo onere, & restitutus pristinae quieti, etiam solatium fraternum tibi nolo subtrahere: sed modicum de amore cellæ & silentij custodia ( quia sic ordo postulat viuendi ) dicam.

*2. Confederatio diuina bonitatis.*

**D**ebes in hac restitutione tua, diuinam super te bonitatem multiformiter attendere & ei, quacunque de causa factū sit, multum regratari. Autūno quod pro tuo profectu erit, quicquid expertus es in illo officio, quod ante nesciebas. Spero iterū, quod nō minus tibi prosperabitur ad bonum tuum, quoniam liberatus es & solutus, atque tibi plenius redditus.

*3. De humilitate nostra, secundum ordinationem Dei.*

**I**n omnibus denique temporalibus variationibus, siue per nos siue per alios contingunt, supernam ordinationem considerare debemus; & tali ordinatione nos humiliter Deo prosternere, atque petere, vt ipse nobis donet, quod salutē nostræ plus viderit prodesse. Sicut lutum in manu figuli, ita nos in manibus eius. Tantū dignetur nos facere vas in honorem, & non in contumeliam. Siue fecerit nos paruos, & contemptibiles, & extremos inter fratres nostros, non hoc multū curemus, dummodo æquè illi mereamur placere. Et vtique credimus & confiteri debemus; vnam Deum patrem nos omnes habere, quotquot siue per gratiam